



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Testamentis. Consilium CCCCXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

adungi potest, quod N. Procurator hanc causam tantummodo occupaverit nomine Executorum; cui non tantum per Actorem contradicium non est, sed etiam paulo ante exhibitâ scripturâ adversus solos Executores se procedere testatus est Actor. Quod propterea inculcamus, ut Dominus Iudex nihil dubitet sic causam tractare, quasi contra solos Executores sit processum.

Cum ergo ex superius deductis, iisque, quæ per Advocatum cause in scripturis successivè exhibitis proposita & allegata sunt, evidenter constet, Actorem malo jure niti adversus dictos Executores; existimamus Reverendi Domini Iudicis esse, ut eisdem Executores ab impetitione Actoris absolvat; condemnato Actore in omnibus expensis.

De Testamentis.

S V M M A R I U M.

Executores ad solvendum & distribuendum.

1. Legatum pium censetur quod pro anima defuncti relictum pauperibus distribuendum.
2. 4. Legata pia, an ut as alienum habenda.
3. Legatorum piorum respectu cogitur Executor testamenti executionem suscipere.
5. Legata pia sub cautione statim solvi possunt.
6. 8. 11. Clericus ex fructibus sui beneficii tantum legare potest, quantum pro Ecclesia de suis erogavit.
7. 9. 11. Successor in Prælatu, an ad as alienum prædecessoris teneatur.
10. Hæres Prælatus an teneatur ad pensionem non solum si fructus prælatus fuerint in rem Ecclesie conversi.

CONSILIUM CCCCXXVII.

IN Archiepiscopatu Mechliniensi obarato, cedenti Illustrissimo Domino Granvellano suffectus est Illustrissimus D. Ioannes Hauchinus, qui ad tria aut quatuor millia de suo proprio, eidem Archiepiscopatu impendit, paratissime vivendo; sed tamen hoc assequi non potuit, ut omne as alienum dissolveret: as (inquam) alienum tam prædecessoris, quam suo tempore ex alimentacione Religiosorum Monasterii Affligementis (quod dicto Archiepiscopatu pro dote unitum est, & cujus Religiosos triennium aut eo amplius idem Hauchinus sua fide & ære, absque ulla emolumentorum perceptione aluit) & sustentacione cæterorum Archiepiscopatus onerum contractum. Deceffit postmodum Illustrissimus Granvellanus, hærede admodum locuplete relicto: decessit quoque Illustrissimus D. Ioannes Hauchinus, in piam causam mille, aut eo amplius florenis legatis, ac reliquo fidei suorum Executorum commissio. Quaritur, an valide? & num Executores hic officio suo fungi queant?

Quod pro parte Venerabilium Dominorum Executorum testamenti, seu ultimæ voluntatis Illustrissimi quondam D. Ioannis Hauchini Archiepiscopi Mechliniensis proponitur & quaritur, an dicti Executores officio suo fungi possint; hoc est, legata dicto testamento in specie relicta præstare, & residuum distribuere, non admodum dif-

ficilem, aut perplexam habet resolutionem. Ad quam abundè sufficere possunt ea, quæ & diligenter & acutè per R. D. Nicolaum Odardum ex juris rationibus & auctoritatibus desumpta, & in medium allata sunt, pro fundanda dictorum Executorum intentione, ad dictam executionem deputatorum: quibus præter nudam nostram subscriptionem & approbationem, quod solidi addamus non facile est invenire. Nihilominus quando opera nostra expetitur, eam quam poterimus, & constrictè & nervosè exhibebimus: consistendo semper in approbatione eorum, quæ in dicti R. D. Nicolai Odardi responso continentur. Et quidem in primis subit ea cogitatio, anne certiore, compendiosioreque ratione sustineri possit, sine difficultate, sine morâ sine periculo, statim fieri posse executionem legatorum in tria illa per testatorem fundata anniversaria; residuique ad tria millia florenorum distributionem? * Pium enim & in piam causam relictum censi debet, quod pro anima & salute animæ relictum est, §. Si unum de prædictis vers. occasione autem Authen. Ut cum de appell. cognosc. Tiraquel. de pia causa, in præfat. vers. item relictum pro anima. Ut & pium est piusque censi debet, quod distribuendum à testatore relinquatur, quatenus distributio pauperibus facienda est, Doct. in Authen. Similiter C. Ad Leg. Falcid. & in l. Illud C. De sacros. Eccl. eâ ratione, quod plerique, Doct. in l. Quærebatur Ad Leg. Falcid. Cujusvis. in l. Si quis testamento §. apud Iulianum De leg. 1. existiment pia legata tamquam as alienum, ex bonis defuncti deduci posse; nec legi Falcidiæ, nec diminutioni propter insufficientiam hereditatis subiacere; * & usque adeo id servandum, ut, quamvis nemo invitus cogatur executionem testamenti suscipere, c. Ioannes De testam. respectu tamen legatorum ad pias causas ad id compelli possit, Tanorm. in d. c. Ioannes, Tiraquel. de privileg. pia causa cap. 87. Quo pro vero præsupposito, frustra quaritur de insufficientia bonorum dicti Illustrissimi Domini respectu omnium bonorum, quæ moriens reliquit, in comparatione æris alieni, quo Archiepiscopatum sibi obligatum reliquit.

Sed pressior altiorque cogitatio, & Bartoli in d. Authen. Similiter auctoritas faciunt, ut hujusmodi opinioni confidendum non esse putemus; quin potius veriusque existimandum sit, ea in parte legata pia communem sortem subire; & perinde, ut alia quæcumque vulgaria, propter as alienum diminui, l. si servus, l. si post missionem Ad Leg. Falcid. Quod ipsum Tiraquellus quoque non obscure probat, in tract. de privileg. pia causa cap. 72. quamvis cum in contrarium prius movisse videatur Oldrardi quoddam consilium, sub nu. 200. quod tamen nunquam extat; quinimò aliud, ab eo non indicatum extat sub nu. 111. Quidam condidit, quo apertè contrarium responderetur; etiam pia legata, quamvis legi Falcidiæ, aut Trebellianicæ non subiecta, diminutioni tamen pari & æquali forte cum aliis non piis legatis subijci propter as alienum; si bona solvendis integris legatis non sufficiant.

Huic itaque cogitationi pressius non insistendo, subit alia, quæ (ut ait Iustinianus, in l. ult. post princ. C. De

C. De petit. heredit.) expeditæ quæstionis est, & dubitationem nullam, certitudinis verò plurimum habet; quod scilicet dicti Executores consilium & præscriptum Iustiniani, in d. l. ult. sequentes, possint dictam executionem statim sine morâ, & dilatione facere; sub cautela idonea satisfactionis seu cautionis præstandæ ab iis, quibus ex his legatis aliquid solvetur seu præstabitur; si in exitu executionis deprehendatur plus aris alieni, quàm sui esse; necessitatèque diminutionis imminere, aut emergere. Sed ut vera & tuta sit hæc cogitatio, præsentem tamen rei neque omninò sufficiens neque tuta est: ob id, quod jam inde ab initio liquidò constet, plus aris alieni, quàm sui esse in vacante isto Archiepiscopatu ex morte præfati Illustrissimi Domini; ut meritò fragilitati cautionis committi non debeat, quod in ipsa fronte & limine certitudinem habet.

6 Reliquum itaque est, ut aliundè, aliâque ratione Executoribus subveniat; quod possint sese ad hoc officium executionis & distributionis dimittere. Et quidem melior certiorque ratio aut modus non occurrit, quàm qui in præfacto R. D. Odardi responso adducitur, & firmis argumentis deducitur; præfatum Illustrissimum Dominum potuisse liberâ manu dicta legata relinquere. Quippe ex Concilio Agathensi, *can. Episcopus xli. q. 5.* etiam ex bonis Ecclesiæ permittitur Episcopo suis heredibus, aut in quamcumque volet causam tantum legare; quantum ex propriis bonis in causam Ecclesiæ erogavit; quasi in compensationem ejus, quod de suo sic impendit: in cuius vicem succedit seu surrogatur id, quod de fructibus beneficii postea percipitur seu percipi potest. Quod summam rationem habet, & à Martino Azpilcueta Navarro, hac in re aliqui Prælati satis duro & rigido, permittitur, in *tract. de rediv. Eccles. quest. 3. nu. 6. & in Apolog. quest. 3. c. 4. n. 3.* Visque adeo ut, si præsentis temporis reliqua ex fructibus Prælatû non sufficiunt ad refundendum, quæ Episcopus sic de suo prærogavit, hæredes possint etiam à successore in Episcopatu ex annorum sequentium fructibus exigere. Cum enim Prælatû ut minimùm sit pro administratore rerum Ecclesiæ, cui præfectus est, *can. ult. II. q. 1. cap. 2. de donat. & generaliter hoc verum sit, quemcumque administratorem, procuratorem, negotiorum gestorem, ejusque heredem repetere posse, quod in administrata, procurata, seu gesta negotia necessariò vel utiliter impendit, l. Etiam si contrarium C. De procurat. l. A tutorib. §. ult. De administrat. tutor. Ancharan. consil. 328. Circa istam in fine; & in usufructuario etiam hoc constitutum sit, ut quod de suo impendit, reposcere possit, si ex fructibus non percepit, aut percipere non potuit, *l. Eum ad quem C. De usufructu: non est æquum id cedere commodo vel prælatû, vel successoris in prælatû, cum damno mortui Prælati, & ejus heredum, can. ult. xli. q. 4. & ibi Archidiaconus, in fine.* Quatenus igitur de suo hic Illustrissimus Dominus impendit Abbatiæ Affligemensi tam in alienis ejus Monachis, quàm solvendo æs alienum per prædecessorem in Archiepiscopatu contractum; eatenus quoque licito jure potuit eundem Archiepiscopatum, & in eo futurum successorem*

legatis onerare. Quippe duas stationes facile sustinet Prælatû; alteram suo proprio; alteram dignitatis nomine; & ex duabus his stationibus, cum alium atque alium habeat successorem, cuiusque stationis causa per se considerari debet, & minimè inter se confundi, *Præses in loco à tanquam;* ideoque quod erogavit seu impendit de suo, privatam magis quàm Prælatû causam respicit, & repetitioni meritò subjacet; etiam si Prælatû velut in rem suam procurator videatur, & sic difficilius ad repetendum id, quod impendit, actionem habere videatur. Id enim contrahendum est ad fines ipsius administrationis, ut quod ex administratione, hoc est ex fructibus rei administratæ erogavit, non repetat, sed bene quod de suo impendit, *Bald. & Castrenf. in d. l. Eum ad quem, Ut & maritus administrator fundi dotalis repetit seu deducit ex fructibus rei dotalis, quod in rem dotalem de suo impendit, l. Fructus, l. Divortio §. impendia soluto matrim. Quibus rationibus, alijsque in præfacto responso diligenter coactis (à quorum repetitione, cum bene collocata fiat, brevitas studio abstinemus, approbatione illorum contenti) attentis, existimamus Dominorum Executorum potestatem quoad executionem istorum legatorum, respectu vel successoris in Archiepiscopatu, vel aliorum creditorum, minimè ligatam, vel suspensam esse, sed libero pede per Dominos Executores illa expediri posse; etiam nullâ interpositâ cautione, vel satisfactione: ex eo quod (ut diximus) horum legatorum erogatio magis sit ex causa crediti quàm debiti, d. l. ult. C. de petit. heredit.*

Responsum Reverendi D. NICOLAI
ODARDI, I. V. Doctoris superioris laudatum hic additur.

* ET primâ quidem fronte videtur quod non, *Alex. consil. 160. Viso ac diligenter n. 3. vol. 6. Hier. Gig. in tract. de pens. q. 32. nu. 1.* quia cum sui prædecessoris quasi hæres sit successor Archiepiscopus, meritò ipsius factum præstare debet, *l. Cum à matre C. De rei vindic. ergo & æs alienum illius luere, l. fin. §. etsi præstaram, & §. fin. verò postquam C. De iure delib. l. Si creditorib. C. De ser. pig. dato manum. & præsentium de pign. c. fin. De sepult. antequam legata relinquere possit; quandoquidem bona non intelligantur, nisi alieno ære deducto, *l. Bonorum De verb. sig. c. Præsentis §. porro De off. ordin. in 6.* Quod non solum obtinet in legatis communibus; verum etiam in illis, quæ sunt ad piam causam relicta, *l. fin. §. Si verò creditores C. De iure delib. Idque eo magis hic obtinere videtur; quia Illustrissimus Dominus Hauchinus æs alienum accumulavit, nec ullum in ingressu Archiepiscopatus Inventarium fecit; ideoque bona sua cum bonis Archiepiscopatus confudit, Anchar. & Imola ad c. Cum in officijs De testam. aut illis ea (saltem respectu creditorum) univit, *l. Sed si plures §. filio de vulg. & pupil. Quibus accedit, quod idem Dominus Hauchinus adierit Archiepiscopatum jam afflictum, & idcirco de suo potius vivere obligatus fuerit, quàm Archiepiscopatu oneri esse, can. Clericos, can. Pastor l. q. 2. can. Si privatum xli. q. 1. aut***

aut successori honestè vivendi facultatem eripere, *Panor. in d. c. Ex presentium.*

8 Hisce tamen non obstantibus, contraria opinio & aequior, & juri ac veritati magis consona censenda est. Nam cum is qui altari servit, de altari vivere debeat, c. Cum secundum Apostolum De preben. nemoque cogatur suis stipendiis militare, 1. ad Corinth. c. 9. & clerici etiam luculentum patrimonium habentes, de beneficio vivere, Navar. in tract. de benef. & reddit. Eccles. q. 1. n. 78. & in Apol. eiusdem tract. q. 1. n. 30. secundum qualitatem & conditionem suam, Panorm. ad c. Extrapanda nu. 4. De prebend. expensaque pro electione & confirmatione necessarias, de beneficio sumere, Panorm. in c. Vi preterita nu. 3. de elect. & testari de patrimonio suo, illudve heredibus relinquere, Panorm. ad c. Episcopus nu. 2. De prebend. similiter de bonis intuitu persone sue acquisitis facere ipsis liceat, ac nominatim Episcopis de hisce, quæ acquirunt ab iis, qui sacris ordinibus initiuntur & insigniuntur, Covar. ad c. 1. de testam. nu. 11. merito & Illustrissimo Domino Hauchino idem jus competere debuit; maxime cum ut Archiepiscopus administratoriam functionem sustinuerit; ratione cuius illi stipendia debebantur, Lud. Roman. cons. 159. super eo, aut saltem non debuit quicquam impendere de suo, Nicol. Ever. Praeses consil. 246. Reverendissime Pater, circa medium. Imò si impendisset, & de eo tamquam de suo liberè testari posset, d. can. Quicumque xii. q. 4. Panor. ad c. Cum pro causa De procurat. nu. 1. praesertim cum potissima pars in alimenta Religiosorum impensa sit, quæ alimenta Iudex repetere permittit, Menoch. lib. 2. cent. 2. ca. u. 173. n. 3. de arbit. Iudic. quasi ubi plures allegat.

9 Ad ea autem quæ superius pro negativa parte adducta sunt, potest responderi variè. Et in primis ad illud, quod de hærede adductum est, dicitur verum non esse, quod Prælatus sit hæres sui prædecessoris, Casir. cons. 273. par. 2. Praeses Everard. in loco a simili, Rota decis. 232. Alex. d. cons. 160. in fine, sed tantum est particularis illius successor, Alex. ubi sup. & alii, illique ex novo titulo succedit in administratione, Rota decis. 232. gloss. in c. De quarta De prescript. & in c. Cura De iure patron. Unde nec locationi sui prædecessoris stare; nec quicquam ab eodem contra Ecclesiæ utilitatem gestum, ratum habere cogitur, Oldrad. consil. 226. Panor. in c. Fratemitatem n. 3. De donat. Iason ad l. Cuius opus n. 3. De novi oper. nunt. Itaque nec res alienum ejus luere debet, nisi quatenus concernit Ecclesiæ; secundum modificationem inferius declarandam: quia Prælatus non obligat successorem suum personali sua obligatione, ex quo nihil in eum transmittitur, sed realis & perpetua obligatio Ecclesiæ est illa, quæ obligat successorem, Baldus ad tit. qui success. feud. dare ten. de feud. Et hinc est, quod si nomine Ecclesiæ agatur, instantia transeat in succedentem; specus si nomine persone, Bald. in c. Quia V. n. 1. De iudic. Porro quando nomine Ecclesiæ contractum est, non cogitur Prælatus id luere de suo; sed de bonis Ecclesiæ: nam res alienum non sequitur ipsum, sed Ecclesiæ, Oldrad. consil. 249. Papon. lib. 21. Arresto. 4. Iason ad d. l. Cuius opus n. 3. Bart. ad l. Cum hæres nu. 1. De acquir. poss. quæ nunquam moritur, can. Liberti xii. q. 2. In quo sensu

accipiendum est, quod dicitur, res alienum prædecessoris à successore luendum, antequam quicquam legetur; ut id scilicet intelligatur de fructibus prælaturæ, non autem de patrimonio aut peculio.

Ad Inventarium autem & confusionem quod attinet, non magni momenti res videtur. Tamen enim propter Inventarii omissionem, præsumantur omnia intuitu Ecclesiæ acquisita, & ea quæ Episcopus habet, esse bona Ecclesiæ, Authent. Licentium C. De Episc. & cleric. c. 1. De pecul. cleric. nihilominus præsumptio illa neutiquam tam valida est, ut elidi non possit, probationemque in contrarium non admittat, Imola & Panor. ad d. c. 1. De pecul. cleric. Bald. ad d. Auth. Licentiam, Praeses Everard. d. cons. 246. circa finem.

Nec magis urget, quod dictum est, censeri bona Prælati cum bonis Prælaturæ unita; idque non solum ex eo, quod clerici gaudeant privilegio militari, Praeses Everard. in loco à milit. armata militie ad militem calesit. secundum quod milites patrimonium, aut peculium, cum castrensis miscere, aut confundere non existimantur, l. Si certarum §. Julianus. etiam De milit. testam. l. 1. §. si filis familias De separat. bonor. verumetiam ex eo, quod Canones ubique separatam rationem habeant peculii patrimoniique clericorum; eaque diserte à bonis Ecclesiæ distinguant, can. Episcopi, can. Manifesta, can. Sint manifeste xii. q. 1. & alibi: quos & passim sequuntur Doctores, Oldrad. d. cons. 249. Panor. d. c. Cum in officiis n. 2. & 3. d. c. 1. n. 3. De pecul. cler. c. Relatum 2. De testam. n. 1. & tenet in terminis expressè Innocentius, quod Prælatus, qui contraxit de rebus Ecclesiæ nomine suo, non solum non obliget Ecclesiæ sed nec suum hæredem, nisi quatenus ad eum pervenit, Innoc. in c. Querelam Ne Prælati vires suas. * Cui accedit quod decidit Hieronymus Gigas, in d. suo tract. de pens. decis. 39. nu. 9. in fine, hæredem prædecessoris non teneri ad pensionem decursam & non solutam, si fructus beneficii sint ab ipso prædecessore conversi in utilitatem Ecclesiæ pensionem gravata. Secundum quam interpretationem accipiendum est, quod Boerius, decis. 204. in fine, & Papon, d. lib. 21. art. 3. allerunt executiendum prius defuncti Prælati hæredem, quam successor ad res alieni solutionem cogatur; ut id scilicet verum sit respectu bonorum, quæ ad defunctum ex Prælaturæ titulo lucrativo proveniunt, faciunt quæ notant Panorm. & Imol. ad c. fin. De his quæ sunt à pralat. sine consensu, 10. Andr. in c. Quamquam De usur. in 6. in novel. Quod & satis ex decisione Panormitani, in c. Ad hac n. 3. De offic. vicarii, quam tribuit Innocentio, liquet, quia declarat successorem teneri ad debita prædecessoris, si res intuitu Ecclesiæ acquisita pervenerint ad successorem; alioqui conveniendum hæredem: nisi etiam sit quod malè administraverit defunctus: tunc enim tenetur etiam ultra, quam beneficii fructus se extendunt, Innoc. in d. c. Cum in officiis, & Panor. in d. c. Ex presentium.

Ex quibus satis apparet, Illustrissimum D. Hauchinum, non dissoluto are alieno Ecclesiæ, sed suo dumtaxat (quod nullum est) potuisse peculium, & patrimonium suum hæredi, aut piæ causæ relinquere; quandoquidem id nihil cum bonis Ecclesiæ commune habeat; à qua id etiam Execu-

Executores repetere possent: exemplo meliorationum & impenlarum. *Panor. in c. Si quis n. 2. De pecul. cler. & in d. c. De multa De praben.* Eo magis quia Prælatus donare & testari potest de rebus Ecclesiæ, quando eidem tantundem de suo contulit, *idem Panor. in d. c. Cum in officiis & c. Cum esset n. 31. in repet. De testam.* Quia verò, ut jam declaratum est, patrimonium aut peculium Illustrissimi D. Hauchini cum bonis Archiepiscopatus commixtum non fuit, nec ipse hæres est sui prædecessoris aut Ecclesiæ; sit, ut creditoribus quoque Archiepiscopatus ipsius peculium aut patrimonium affectum non videatur; nec obligatione aliqua personali ipsis teneri, quæ cum persona extincta est, *c. 2. De precario: præsertim quia omnia debita ab ipso contracta, inita sint ratione & intuitu Archiepiscopatus, & alimentacionis Religiosorum; & sic sub ea qualitate, ipsa Ecclesia ea contraxisse videatur, d. can. Liberti xxi. q. 2. cæque qualitate jam cessante, ipsa sola teneri debeat.* Quod etiam si vix obtineret respectu creditorum, in quorum potestate esset, vel bona Ecclesiæ, vel hæredem defuncti sequi; secundum id quod Hieronymus Gigas voluit *in d. tract. de pension. d. decis. 39.* obtineret tamen & procederet respectu Ecclesiæ, ac mensæ Archiepiscopalis; quæ tenetur hæredem indemnem servare, & eidem in rem Ecclesiæ impenfa restituere, *Panor. in d. c. De multa n. 14. De prab.* Atque ita juxta vulgatum illud, quam de evictione teneret actio, eandem agentem repelleret exceptio.

Et hæc quidem hæcenus quoad qualitatem hæredis, commixtionis, & unionis. Superest nunc ut ad ea, quæ de acceptatione Archiepiscopatus dicta sunt respondeatur. * Et quidem facilis est responsio ad Canones superius allegatos, *in d. can. Clericos, can. Pastor. l. q. 2. can. Si privatum xxi. q. 1.* quia Glossa rigorem illorum temperans, consilii potius, quam præcepti, decreta ipsorum esse dicit. Secundum quam interpretationem durior illa Panormitani opinio, *ad d. c. Ex præsentium*, etiam dilui posset; præterquam quod in dicto suo ipse Panormitanus sit singularis & Ioannem Andrææ famosum Doctorem adversarium habeat; prout ipsemet fatetur, dicto loco. Posset etiam dici Panormitani opinionem non procedere nisi in casu suo; hoc est in simplicibus beneficiis, quibus administratio adjuncta non est, aut non multum administratoriæ functionis habent (velut jura per eum allegata præ se ferunt) non autem in illis, quæ potissimum in onere administrationis consistunt; juxta frequentes distinctiones, quas Doctores inter hujusmodi beneficia, & administrationes faciunt, *Salicet, ad d. Auth. Licentiam n. 3. Panor. in c. Quod quibusdam n. 7. De fideiussor. gloss. in c. ult. De offic. ordm. in 6.* quasi amplius tribuendum sit administrationem habenti in considerationem oneris & laboris, quam simplici clerico; exemplo tutorum & curatorum, quibus Prælati comparantur, *can. Si Episcopus in fine lli. q. 2.* quique nihil tenentur impendere de suo, sed si quid impenderint repetunt, *tit. D. & C. De contr. tut. att. gloss. ad l. Curatoris de neg. gest.* Quæ opinio eò magis in hac specie facti sequenda est, quod Episcopus sit potius oneris nomen quam honoris, *can. Qui Episcopat. viii. q. 1.* item quod Episcopus non comprehendatur in generali concessione, non sub odio,

non sub nomine clerici, *Panor. in rub. De vita & honest. cler. nu. 4. idem m. c. Si quisquam nu. 5. De cohab. cler. & mulier. aut sacerdotis, Panor. ad c. Referente in fine De praben.* Denique quod in materia restringibili, appellatione dignitatis nequaquam veniat Episcopatus; *Gloss. in c. 2. De prab. in 6. Panor. in c. Cum Wintoniensis nu. 8. De elect. Que solutiones, ut non subsistant (quemadmodum subsistant) certe quantumvis laborantem Archiepiscopatum Illustrissimus D. Hauchinus adierit, non tamen ita afflictum accepit, ut merito sperare non debuerit, se ex fructibus percipiendis debita persolaturum; licet suborientibus quotidie novis gravaminibus, ac morte præventus, id non præstiterit. Quod facit, ut etiam secundum ipsius Panormitani opinionem, *in d. c. Ex præsentium*, de suo vivere non fuerit obligatus; præsertim si hic etiam consideremus successori ad tuendam dignitatem suam, & splendorem (pro ratione temporis) satis superesse, si hæres Illustrissimi Domini Granvelli secundu[m] juris dispositionem, auctoris sui æs alienum dissolverit; & ex sylvis caduis, materiæque aptis (quibus Illustrissimus D. Hauchinus benignè pepercit) pecuniam conficere ipse voluerit. Adeo ut etiam optimo jure locuples videri posset Ecclesia, cujus substantia adhuc salva est; licet proventus & emolumenta per calamitates temporum sint tenuia & accida. Quam interpretationem haud dubiè Iudex (ex cujus arbitrio id pender, *Menoeh. d. lib. 2. cent. 1. casu 65. nu. 8.*) hic sequetur, quando publicum & notorium est, parçissimâ vitâ suâ Archiepiscopatu nequaquam oneri fuisse, sed gravamina illius Illustrissimum D. Hauchinum (cujus memoria in benedictione sit) in quamplurimis sublevasse.*

De Testamentis.

S V M M A R I V M.

Executorum plurium an singuli in solidum teneantur.

1. Hæres pro portione dumtaxat hæreditaria conveniri ad legata.
2. Causâ totâ an cadat plus petens.
3. Plus petens quando in expensis non condemnatur.
4. Executores plures an singuli in solidum conveniri possint.
5. Curatores bonis dati singuli in solidum administrant & tenentur.
6. Agere qui possunt in solidum, an conveniri quoque possint ex pluribus Executoribus testamentariis.
7. Pium est quod pro anima relictum.
8. Absentia in loco remoto qua dicatur.
9. Obligationes dandi non etiam faciendi dividuæ sunt.
10. Legatarii legata vel ab hærede, vel ab Executoribus petere possunt.
11. Legatum Ecclesiæ quis exigere possit.
12. Legatum pro celebrando officio divino censetur relictum sub modo, non sub conditione.

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

CONTENDIT M. Petrus Vekemans hujus causæ Reus, Decanum ac Capitulum S. Petri Lovan. Actores hujus causæ neque fundatos, neque receptibiles; seque ob id absolvendum esse: quasi Actores neque